

The *Manipulus/Somnium* Project  
<https://somnium-project.wlu.ca>

## Aduocati x

Post vero sanctissimus pontifex Innocentius:

"Alta tuba insonans quod hii  
sepe causas tamen differant  
quod litigantibus plusquam totum auferunt  
quia maior est expensarum sumptus quam sentencie fructus,  
nec terminantur negotia pauperum cepta,  
quousque eorum marsupia fuerunt evacuata?  
Cum tamen scriptum sit, gratis accepisti, gratis dare.  
Ipsi vero nec gratiam gratis dant, nec iusticiam iuste reddunt,  
lucra in archa, dampnum in constituta,  
  
sed quid prodest homini, si totum mundum lucrere,  
animo vero paciatur detrimentum".

*Somnium*, Prohemium 22 (G. Voltolina ed., pp.17/19).

Sepe causas tantum differunt  
quod litigantibus plusquam totum auferunt  
quia maior est expensarum sumptus quam sentencie fructus.  
Nec terminantur negotia pauperum cepta  
quousque eorum marsupia sint euacuata,  
cum tamen scriptum sit: Gratis accepistis, gratis date.  
Ipsi uero nec gratiam gratis dant, nec iusticiam iuste reddunt. ←  
Lucrum in archa, dampnum in conscientia.  
  
Sed quid prodest homini si totum mundum lucretur,  
anime uero sue detrimentum paciatur?

Innocencius de uilitate condicionis humane.

*Manipulus florum*, Aduocati x

→ Vos autem nec graciā gratis datis nec iusticiā iuste redditis,  
quia ubi non venit, non provenit, nec datur nisi vendatur.

Sepe iusticiam tantum differtis  
quod litigantibus plusquam totum aufertis,  
quia maior est sumptus expense quam fructus sentencie.

Quid autem illi poteritis in districto iudicio respondere qui precipit:  
"Gratis accepistis; gratis date" (Mat. 10:8)?

Lucrum in archa, dampnum in conscientia:  
pecuniam captatis, set animam captivatis.  
Verum "quid proficit homini si mundum universum lucretur  
anime vero sue detrimentum paciatur?" (Mat. 16:26).

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2.5 (R.E. Lewis ed., p.151,  
ll.1-11).